





DISPUTATIO JURIDICA

DE

VSVFRV-  
CTV

QUAM

CONSCRIPSIT

ET

D. O. M. C. A. O.

SUB PRÆSIDIO


CLARISSIMI ET CONSULTIS-  
SIMI VIRI DN. GEORGII DAVIDIS LO-  
CAMERI, U. J. D. ET P. P. IN ALMA ARGENTINEN-  
sium Univerſitate, Præceptoris & fautoris ſui ſum-  
mo ſemper honoris cultu pro-  
ſequendi:

*Ad diem April.*

In auditorio majori

*Publici exercitij gratia, pro ingenii viribus  
defendere conabitur*

M. JOSIAS RIHELIVS ARGENTINENSIS.



ARGENTORATI,

Typis RIHELIANIS.

Anno M. DC. XXIV.

36  
467

19

1624, 8.

8

VIRIS  
AMPLISSIMIS,  
CONSULTISSIMIS,  
CLARISSIMIS ET EX-  
CELLENTISSIMIS:

DN. JOANNI HARTMANNO U. J. D. &  
Inclytæ Reip. patriæ à consiliis & secre-  
tis:

DN. CASPARI BITSCHIO J. C. eximio,  
Codicis & Juris Feudalis Professore acuti-  
ssimo:

DN. M. MATHIÆ BERNEGGERO Hi-  
storiarum Professore celeberrimo

*Dominis Patronis, Promotoribus & Practi-  
coribus summo semper observantia cultu  
prosequendis*

*Hæc*

Studii sui legalis primitias, eâ quâ decet  
ac convenienti animi observantia, in gra-  
titudinis debitæ signum & ulterio-  
rem sui commendationem. O. D. C.

M. JOHANNES RIHELIIUS. A. & R.



DISPUTATIO JURIDICA  
DE USUFRUCTU.

1. **U**trumfertur vulgò ab Interpret: & Dd in Scholis  
dominii divisio, quâ dominium aliud plenum ac di-  
rectum statuitur, aliud utile ac minus plenum. Direc-  
tum ac plenum vocatur facultas percipiendi utili-  
tates & commoda ex re propria, quod constituitur ex proprietate  
& usufructu conjunctis. Utile autem & minus plenum est forma  
quâdam separata à proprietate, seu jus utendi fruendi rebus alienis,  
adeoque servitus, quæ separatim vindicari potest nec rei vindicationi  
inest. *l. ff. si usufr. per. Wesenbec. in comment. ad tit. ff. de usufr. n. 4.*  
& hujus distinctionis vestigium reperitur in *l. 36. §. 1. l. 27. ff. h. t.*

2. De ejusmodi dominio utili quod usufructus est, placuit presentem  
disquisitionem instituere.

3. Definitur igitur usufructus dupliciter: vel quatenus respectum  
habet ad proprietarium seu eum qui usufructum in re sua sustinet,  
vel quatenus respicit usufructuarium, seu eum qui usufructum  
habet: priori modo definitur, quod sit servitus personalis, quâ  
res aliqua utilitatem præbet non domino, in utendo fruendo re  
alienâ consistens *Bocer. part. 2. Class. 5. Disp. 9. §. 3. Treut. part. 1. Disp. 16. §. 1.*

4. Posteriori modo definitur in *pr. Instit. h. t.* & à Paulo in  
*l. 1. ff. h. t.* quod sit jus rebus alienis utendi fruendi salvâ rerum  
substantiâ.

5. Dicitur jus hoc est facultas jure cõcessa; quomodo & aliâs hæc  
vox sumitur. § 1. *Instit. de servit. præd.* & distinguitur à perceptione  
fructuum; tanquam mero facto. *l. 66. ubi Dd. in fin. ff. de jur. dot.*

6. Minus igitur commodè, docente Hillig. in *Donell. enucl. lib. 10. c. 2.*  
Accursius & alii per vocabulum juris intelligunt servitutum: 1. enim hoc  
significatio verbi non admittit; jus namque prædicari potest de omni  
servitute, non contra servitus de omni jure; cum multa sint jura quæ  
non sunt servitutes. 2. quia vocabulum

8



juris cum generis loco ponatur certam speciem determinare nequit, quemadmodum nec animal præcisè determinat hominem, nec servitus iter.

7. Est jus rebus inhærens & corpori, quo sublato & ipsum tolli necesse est. *pr. Instit. de usufr. & l. 2. ff. eod. & rebus tum mobilibus, tum immobilibus, tum moventibus l. 75. l. 62. l. 48. ff. h. r. nec refert, quale corpus sit cui inhæret usus fructus, in quo distinguitur à servitutibus, tam prædiorum urbanorum quam rusticorum, quæ tantum à re & rei soli debentur, nec in mobilibus consistunt. Wesenbec. in comment. ad Instit. lib. 2. tit. 4.*

8. Est jus, diverso respectu, & reale & personale: reale respectu corporis quod usum fructum sustinet: *l. 2. de usufr. personale respectu personæ, cui usus fructus competit. Bald. in l. eam n. c. de fideicom. Socin. consil. 165. n. 7. vol. 2.*

9. Insuper dicitur esse jus in rebus alienis, quia respectu quodam est servitus, quæ in re propria consistere nequit. *l. 5. pr. ff. de usufr. per. l. 26. ff. de S. P. V. l. 33. in fin. de S. P. R. l. 10. ff. de commun. præd. cum nemo utatur re s. à jure servitutis sed jure domini.*

10. Dum igitur hoc modo definitur, patet non accipi hic pro dominio aut ejus parte ut aliquando accipitur. *l. 58. ff. de v. o. l. 4. ff. h. r. sed pro servitute quæ in jure consistit.*

11. Apparet quoque quid sentiendum sit de vulgata ista usufructus divisione à *Ud. Gomes. 2. resolut. 15. n. 2. Pinell. in l. 1. part. 2. n. 9. & seq. C. de bon. matern. Mysing. in pr. Inst. de usufr. n. 5. ibique Sneiderwin n. 4. Angel. & alij* tradita, quæ dividunt utum fructum in causalem & formalem causalem autem vocant eum qui conjunctus est cum causa rei seu quem dominus habet jure domini: formalem verò dicunt nudam separatam à proprietate formam utendi fruendi, quæ separatim vindicari potest. *t. t. ff. si usufr. Wesenb. in paratit. h. r.*

12. Hujusmodi namque usufructus causalis, propriè non est usufructus, nec simpliciter usufructus appellatur, sed cum adjuncto aliquo, veluti emolumentum rei nostræ. *l. 66. §. 6. de legat. 2. usufructus qui jure proprietatis meus est l. 21. §. 3. de except. rei judic. ut intelligatur simplici usufructus nomine denotari, non eum qui est pars domini, sed qui à proprietate separatus & servitus est: Retinetur autem illa distributio, non tanquam gene-*

469.  
ris in species, sed tanquam vocabuli homonymi in sua significata:  
idque facilioris doctrinae causa. *Pac. cent. 3. q. 49. Wesenbec. in com-*  
*ment. ad tit. ff. de usufr. n. 4. Francisc. Duar. in l. 126. de V. O. Connar.*  
*lib. 4. comment. jur. civil. c. 3. Hug. Donell. lib. 10. comment. c. 2.*

13. In verbis utendi fruendi, consistit differentia specifica,  
quæ usus fructus ab usu distinguitur. cum fruendi verbo omnia om-  
nino veniant emolumenta, omnes obventiones & lucra, tam natu-  
ralia, quæ præcipue ex ipso fundo, quam civilia, quæ occasione  
fundi percipiuntur, & ex re ipsa non nascuntur, ut pensiones, usu-  
ræ aliæque obventiones civiles. *l. 7. in pr. & §. 2. l. 9. & seq. h. t. l. 29. pr.*  
*ff. de usu & usufr. leg. Colleg. Jurid. Argent. lib. 7. tit. 1. §. 5. Amplissimus &*  
*Consultissimus Dn. D. Bitschius Præceptor & Promotor meus summè con-*  
*lendus in Disp. de usufr. §. 9. lit. F.*

14. At cui usus tantum nudus concessus est, is non perci-  
pit omnes rei utilitates, sed id solum, quod ad victus quotidiani  
vitæ que necessitatem sublevandam tacit. Unde usufructarius fundi,  
nihil ferè aliud habet, quam ut uti possit oleribus pomis, floribus,  
fœnis, stramento lignis, cæterisque fructibus naturalibus *l. 12. ff. de*  
*usu & habit. §. 1. Instit. tit. ejusd.* citra majus aliquod lucrum, aut per-  
ceptionem ad voluptatem quæ illi neque comparatam, cum usu-  
fructuario hæc omnia liceant. *Wesenbec. h. t.*

15. Indeque non immeritò dixit Ulpianus in *l. 14. §. 1. ff. de*  
*usu & habit.* fructum usum inesse & non esse fructum sine usu, utui  
autem fructum deesse posse.

16. Distinguitur præterea hæc ratione etiam usus fructus à  
commodato & precario, quæ solam utendi causam continent *l. 1.*  
*§. ult. ff. de precar.* cum quoque ab Emphyteuta, cui plus licet in re  
sibi in emphyteusin data, cum is eam non tantum uti & frui, verum  
etiam omnino eam alienare possit. *l. 2. C. de jur. Emphyteut.* quod si-  
ne dubio non licet usufructuario, *Donell. lib. 10. comment. jur. civil.*  
*c. 2. ut & à colono, qui non ut usufructuarius proprio, sed alieno*  
*nomine fruitur. Donell. lib. 10. comment. jur. civil. c. 2. & ibid. Hillig. lit.*  
*lin. su. Colleg. Jurid. Argent. lib. 7. ff. tit. 1. §. 5. n. 5.*

17. Denique in definitione additur, salva rei substantiâ h. e.  
usufructuarius ita frui debet, ut etiam proprietatis dominus secu-  
russim esse possit de proprietate sua. *l. 13. ff. de usufr.* & uti re fructuariâ  
boni viri arbitrari, omniaque facere, quæ bonus & diligens Pater-

familiās in re sua facere solet, ita, ne quicquam de eadem pereat, quia usufructuarius utitur, quamdiu rei substantia durat, quā mutata & corpore sublato, & ipsum usufructum seu jus in corpore tolli necesse est. *pr. Inst. h. r.*

18. Unde perspicuum evadit, usufructuarium non debere proprietatem corrumpere, evertere & deteriorem reddere. *l. 9. l. 10. l. 13. §. 4. 5. 6. & l. 15. §. 3. l. 27. §. 1. l. 65. ff. de usufr. l. 5. §. 3. l. 12. ff. quib. mod. usufr. l. 10. 7. 11. 15. §. 1. ff. de usu. & habit. l. 4. 6. 8. C. de usufr. nec abutire serviente l. 13. §. 8. l. 14. l. 15. ff. h. r. quia inde ex cautione præstita domino proprietatis teneretur ad interesse. l. 13. §. 2. l. 15. §. 3. & 7. l. 66. l. 70. ff. de usufr.*

19. Denique statuunt hæc ultima verba differentiam inter verum & quasi usufructum, qui consistit in rebus ipso usu consumptibilibus. *r. r. ff. de usufr. ear. rer. §. 2. Instir. de usufr. Hedemann. Disp. 18 de servit. personal. §. 9. lit. E.*

20. Definitionem in omni methodica tractatione subsequitur divisio, quæ eo modo ponenda, quo subjecta materia patitur.

21. Cum autem usufructus sit species ima, quæ in inferiores species dividi nequit, ejus veram & synonymicam divisionem non poni posse apparet, sed tantum analogicam & improprie sic dictam *Ampliss. Dominus D. Bitsch. in alleg. Disp. §. 10. & 11. usufructum sc. dividendo in verum & quasi usufructum.*

22. Verus usufructus, qui modo definitus fuit, consistit in iis rebus, quarum usus potest esse absque abusu, consumptione, & imminutione. Quasi usufructus est rerum, quibus non integrâ manente substantiâ utimur. *§. constituitur 2. Instir. h. r. l. 3. §. constituitur l. 15. §. 4. eod. t. r. ff. de usufr. ear. rer. Herman. Vult. lib. 1. Jurispr. Rom. c. 63.*

24. Is definitur, quod sit jus ex sæcto introductum, utendi fruendi rebus illis, quæ usu consumuntur aut minuuntur. *§. sed utilitatis Instir. de usufr. r. r. ff. de usufr. ear. rer. Bocer. class. 5. Disp. 9. part. 2. §. 60. colleg. Jurid. Argent. lib. ff. 7. tit. 5. §. 1.*

25. Ut autem in hac ipsâ tractatione ordine magis conspicio procedam, sequentia membra exponenda suscipio: ut indicem I. A quibus & quomodo usufructus rectè constituatur. II. in quibus rebus is consistere possit. III. Quæ inde ad ipsum usufructua-



fructuarium commoda & incommoda redundant. IV. Qua actiones ususfructus nomine, tum ipsi usufructuario, tum proprietario competant. V. quomodo ususfructus amittatur. & VI. denique, quid Specialiter de quasi illo usufructu sit tenendum.

26. Primum quod attinet, sciendum primò, quod usufructus constituitur aut à Domino, aut à Judice, aut à Lege.

Membrum primum: à quibus, & quomodo constituitur u. s. s.

27. Dominus autem hic intelligitur non tantum qui in solidum est dominus sed & qui pro parte tantum rei dominium habet. l. 10. ff. usufr. quem. cau. dummodo pro portione tantum suam constituat: nec is solummodo qui plenum dominium sed & qui nudam tantum proprietatem habet l. 63. ff. de usufr. qui tamen usufructum non sic constituit ut statim fructuarium faciat, sed eum, cum usufructus ad se pertinere cœperit, & proprietario accesserit quod sit vel testatore adhuc in vivis existente, vel ante aditam, imò amplius etiam post aditam hæreditatem l. 72. ff. de usufr. Neque tantum verus sed & quasi dominus, adeòq; omnes, quos prætor injure suo tuetur, quasi dominos; accommodando illis utilem in rem actionem, quales sunt Emphyteuta, & superficiarius l. 1. §. 6. & seq. ff. de superfic. l. 1. §. 1. si ager. vectig. qui usufructus jure prætorio subsistere dicitur l. 1. pr. quib. mod. usufr. amitt. A marito quoq; in fundo dotali usufructum constitui posse constat ex hæc ratione, quia is ex juris civilis subtilitate & interpretatione pro domino habetur. l. 30. C. de jur. dot.

28. Constituitur autem à domino usufructus duobus modis; vel inter vivos vel in ultimâ voluntate. Inter vivos constituitur stipulationibus & pactionibus, seu variis contractibus. l. omnium 3. ff. de usufr. & §. 1. Instit. eod.

29. Si tamen quis velit inter vivos constituere usufructum præter pacta & stipulationes requiritur quoq; patientia constituentis, & usurpatio ejus cui constituitur servitus l. 3. ff. de usufr. quæ in incorporabilib. pro traditione habetur d. l. 3. & l. 1. in fin. ff. de S. P. R. cum aliam veram traditionem non recipiant l. 43. §. incorporales ff. de A. R. D. pactio igitur sola non sufficit sed introducit tantum jus ad rem personale ad petendum usufructu patientia verò & usus jus in re reale.

30. In ultima voluntate constituitur usufructus, veluti si alicui legetur, aut per fideicommissum relinquatur.

Ad

8



31. Ad quem tamen acquirendum patientiâ seu quasi traditione opus non est, sed statim à morte testatoris ipso jure confertur legatarius usumfructum legatum, quod satis probari potest ex l. 6. de furr. s. 2. ibi: sed etiam in rem Institut. de Legat.

32. Speciale autem hoc habet ususfructus legatus à cæterorum legatorum naturâ, quod dies ejus cedat demum ab adita hæreditate l. un. ff. quand. dies ususfr. leg. ced. cum cæterorum legatorum dies cedat statim à morte testatoris.

33. Hujus differentiæ causa sciendum, quod ubi non eadem ratio juris, ibi nec mirandum, quod non sit eadem dispositio: Atqui ususfructus legati dies, ut eodem modo cedat, quo cæterorum legatorum non est eadem ratio E. Min. Prob. quia cæterorum legatorum dies, ideò statim à morte testatoris cedit, ne fiant caduca & intereant, legatario ante aditam hæreditatem decedente, sed ut ad hæredem transmittantur. §. si conjunctim Instit. de legat. l. un. c. cum igitur in fin. & §. in novissimo C. de caduc. tollend.

34. Quoquo autem modo vel inter vivos vel in ultima voluntate relinquatur, constitui potest vel præsens & purè l. 4. h. t. & dies ejus cedit ab adita hæreditate §. sup. 32. vel in diem & sub conditione l. 4. de usufr. l. 16. quib. mod. usufr. amitt. non tamen sub conditione cum morietur legatarius, in id enim tempus collatus esset, quo personâ discedente, personalis quoq; interiret servitus. l. 51. ff. de usufr. l. 5. de usu & usufr. leg. l. 15. ff. famil. ercisc. Relinqui item potest ususfructus in singulos annos vel menses t. t. ff. de ann. & mensr. leg. qui, quomodo à communi ususfructus naturâ differat, explicabitur infra.

35. Constituitur autem verbis quibuscunq; tam in supremis voluntatibus, quam conventionibus inter vivos l. in legatis 21. C. de legat. l. omnes 10. C. de contrab. & committ. stipul. modò constet de constituendo ususfructu actum esse: unde disputari solet, si fundi Corneliani (v. g.) fructus aunui legentur, an ususfructus relictus videatur? quod affirmatur per l. 20. ff. h. t. l. antep. ff. de usufr. leg. Donell. lib. 10. comment. Jur. civil. c. 5. versic. inde dubitatum Jul. Pac. cent. 6. q. 31. Hedem. disp. pandect. 18. §. 14. Præterea nihil interest usumfructum quis dixerit, an fructum l. 14. §. 1. ff. de usu & habit. l. 4. de oper. servor.

A modò dictis non aliena solet moveri quæstio, si testator ususfructum

sum fructū domus legaverit, adjecto onere ne alcius tollantur, utrum proprietas relicta censeatur? N. cum *Fachin. lib. controv. 5. c. 43. Ario Pinello ad l. 1. C. de bon. matern. part. 3. n. 42. per l. Proculus 19. ff. de usufr.* A verbis enim testamenti non aliter est recedendum, quam si constet de ipsius testatoris mente contrariā: hujus autem legati verba loquuntur de usufructu E. etiam ita sunt exaudienda: Similiter sentiendum de usufructu legato sub hac conditione ne proprietas alienetur: propter eandem rationem, quā in prioris quaestionis decisione allata fuit. Secus se res habet in usufructu fundi legato, cum concessa facultate illum alienandi; nam quia facultas alienandi tantum proprietario, non autem usufructuario competit, hoc praesenti legato proprietas relicta videbitur. *Bocer. part 2. cl. 5. Disp. 19. §. 16. Menoch. de praesumpt. 133. n. 7.*

37. A Judice constituitur ususfructus in judiciis divoritiis utputa familiae exciscunda, communi dividendo, alteri proprietatem, alteri usumfructū adjudicando l. 6. §. 1. ff. de usufr. l. 16. ff. famil. excisc. l. 6. §. 1. & 10. ff. commun. divid. §. 4. & 5. Instir. de offic. Judic.

38. Lege constituitur ususfructus primò patri in bonis adventitiis liberorum l. 1. 2. 6. C. de bon. qua lib. §. 1. & 2. Instir. per quas per son. atq; etiam in bonis emancipatorum pro parte dimidia, quasi pretium emancipationis: per supra allata fundamenta: In bonis tamen adventitiis patri ususfructus non conceditur, si liberis sub eā conditione sint relicta, ne ad patrem ususfructus eorum perveniat. *Auth. excipitur C. de bon. qua liber. Don. lib. 10. c. 3. in pr. Graecc. in Disp. de servit. per sonal. §. 11. honoris & observantia causa supra nominatus Dominus D. Bitsch. in alleg. Disp. §. 23. Treutl Disp. 16. §. 2 sub lit. A. Bodin. lib. 1. de Republ. c. 4. n. 24. in fin. Vau. lib. 1. q. 25. Fach. lib. 6. controv. c. 6.*

39. Horum quē modo dicta sunt occasione, Quæstio se nobis offert, utrum patri eodem modo acquiratur ususfructus in bonis Feudalibus, quo in adventitiis. Ad quam respondeo negando ob rationem petitam ex l. 6. C. de bon. qua liberis, ibi: *exceptis castrensibus*, unde ita licet argumentari. In bonis castrensibus vel quasi, pater non habet usumfructum: Bona feudalia sunt castrensia E. in iis pater non habet usumfructum: min. prob. quia dantur respectu & occasione militiæ lib. 2. feud. tit 7. de nova fidelitatis forma & lib. 1. tit. 22. quo. tempore miles §. 1. 2. & 3. Tūm quia ex natura feudi vide-

B

8



ur quasi conventum & pactum inter dominum & vasallum, ut ususfructus apud filium maneat *lib. 2 feud. tit. 23. quib. caus.*

40. Cæterum in usufructu, quem pater patriæ potestatis iure vel ob emancipationem in bonis filii habet, ob reverentiam, hoc singulariter est receptum, quod is liberetur à satisfactione fructuaria & à reddendis finito usufructu rationibus, potestate rerum administrandarum liberà concessà *l. cum oportet 6. §. non autem & l. ult. §. 4. ibi: fin autem legata C. de bon. qua lib. Arius Pinell. ad l. i. part. 2. n. 20. C. de bon. Matern.*

41. Legitimus quoq; est usufructus, quando conjunx, maritus vel uxor, superstitibus liberis ex priori matrimonio susceptis, ad secunda vota transit: tunc enim in rebus, quas vel ab ipso defuncto, vel à liberis, qui parenti defuncto successerunt, per legitimam successionem accepit, proprietatem amittit, solo retento usufructu *l. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. C. de secund. nupr. Gail. lib. 2 obs. 98. Colleg. Jurid. Argent. lib. 7. tit. 1. n. 15.*

42. Modis acquirendi usumfructum legitimis annumeratur jus accrescendi. *r. r. ff. de usufr. accresc.* Est autem jus accrescendi, definitore VVesenbec. ad hunc tit. cum duobus aut pluribus conjunctis, altero deficiente, alteri pars deficientis adjicitur & accrescit: ut proinde ex hac definitione colligi possit, non esse locum juri accrescendi, nisi conjunctim usufructus legatus sit *l. i. in pr. ff. de usufr. accresc.* Conjunctio autem hæc triplex est; nam sit vel re, vel verbis, aut deniq; re & verbis simul *l. 124. ff. de V. S.* Quarum tamen ex prima & ultima tantum, jus accrescendi oriri verius est *arg. l. 3. ff. de usufr. accresc.*

43. Per usucapionem quoq; lege permittente & constituyente, usumfructum nobis acquiri, sunt qui dicunt, quorū tamen effatum legibus adversatur *l. §. 5. §. 5. ff. de usucap. l. 4. §. 27. ff. eod. tit. l. 14. ff. de servit. l. 28. ff. de S. P. V. l. 43. §. 1. de A. R. D. l. 44. §. 5. ff. de usurpat. & usucap.*

44. Utilitatis tamen causa receptum est ut longo tempore & diuturno usu, (qui in servitutibus possessionis loco est *l. fin. de servit. R. P. arg. l. 3. vers. dare in pr. h. r.*) usufructus acquiratur.

45. Quod fit, si quis à non domino in re alienà bonâ fide usumfructum accipiat, & longo tempore utatur fruatur etiam ignorante vero domino. *l. ult. §. fin. C. de long. temp. prescript.*

Cum

46. Cum autem, quemadmodum usufructuarius uti & frui, ita etiam proprietatis dominus securus debeat esse de proprietate l. 13. ff. h. t. exinde evenit, ut non prius ad constitutum usumfructum admittatur usufructuarius, quā si caverit domino proprietatis, ita ut securus de sua proprietate esse possit, imō ab omni etiam actione, quā petat usumfructum, penitus excludatur.

47. Hæc cautio semper exigitur, & præstare eam tenetur etiam is, cui usufructus purè, proprietas sub conditione legata l. 3. §. 3. ff. usufr. quem. vel qui usumfructū nondum habet dummodo is ad ipsum perventurus speretur l. 9. ff. usufr. quem. cau. nec interest cuius rei relictus sit usufructus, sive mobilis seu solil. l. 13. in pr. ff. de usufr. l. 1. §. 1. usufr. quem. cau. an ipso iridem jure sit constitutus an vero tuitione prætoris. l. 9. §. illud. ff. eod. sitne legatus, an verò per fideicommissum relictus l. 29. ff. de usufr. leg. à vero domino, an ab Emphyteuta concessus l. 1. in pr. ff. quib. mod. usufr. amitt.

48. Nō solūm autè usufructu relicto sed & si usus sine fructu legatus sit, de solo usu jubet caveri Prætor. l. 5. §. 1. usufr. quem. cau. quæ satisfactio præstanda est domino proprietatis, & pluribus existentibus dominis, unicuique pro sua parte cavendum l. 9. §. 4. imō etiam si communem habeat usufructuarius proprietatem, socio tamen cavere tenetur l. 10. ff. usufr. quem. cau. & præstanda est ab omnibus, nisi quidam specialiter vel jure vel æquitate excipiantur.

49. Excipitur autem is cui proprietatem ex die, usufructus purè relictus est l. 9. §. 2. l. 3. §. 3. usufr. quem. cau. sibi enim nemo cavere debet, at hic certum est proprietatem vel ad legatarium vel ad ejus hæredem perventuram, frustra igitur sibi ipsi caveret. Pater item à præstatione hujus satisfactionis, ob reverentiam, & paternū affectum, quo semper pro liberis suis optimū præsumitur capere consilium est immunis sup. b. 40.

50. Æquitate & ex communi Dd. opin. excipitur is, qui usufructu retento, omnia sua bona alicui donat, cum quo mitius agendum putant Interpretes, quia ex beneficio & liberalitate sua convenitur & ne ipsi onerosum sit suum beneficiū Didac. Covarr. lib. 3. variar. resolut. c. Joachim. Mynscent. 5. obs. 36 n. 2.

51. Cæterum illi qui cavere tenentur ad duo sese obligant: videlicet se primò ufuros arbitrato boni viri, nec proprietatis causam deteriore reddituros: deinde, se quod usufructu finito resta-

ut  
ju-  
noc  
ua-  
ad-  
l.  
art.  
ma-  
pis,  
fun-  
nam  
fru-  
vid.  
me-  
cen-  
con-  
cre-  
cum  
pr. ff.  
el re,  
n ta-  
us est  
stitu-  
amen  
d. tit.  
urpat.  
opore  
in. de  
ideu-  
am i-  
Cum

8



dit, restitutos; generaliter verò hâc stipulatione continetur, do-  
lum malum abesse, abfuturumq; l. 1. in pr. & §. 3. l. 5. *usufr. quem cau.*

52. Prioris itaq; stipulationis causa statim committitur, &  
toties, quoties usufructuarius re abutitur; tunc enim à proprietatis  
domino conveniri potest l. 1. §. 5. & 6. ff. V. Q. C. Ut autem intelligi  
possit, quomodo usufructuarius usus sit, rectè faciunt & haeres &  
legatarius, si, cum frui incipiunt, qualis res sit in testatum redigant.  
Posterioris stipulationis causa, semel tantum committitur, finito  
sc. usufructu l. 1. §. 6. *usufr. quem cau.*

53. Hinc quaestio fuit; Anne hæc cautio fieri possit pigno-  
ribus? Adhanc Dd. traditiones à jure Justiniano discernens, re-  
spondeo negando, & probò responsum tali syllogismo: Om-  
nis prætoriam satisfatio fit tantum fidejussoribus; Hæc cau-  
tio usufructuaria, est satisfatio vel stipulatio prætoriam E. Major  
prob. ex l. 1. ff. qui satisf. cog. l. 7. ff. de prætor. stipul. min. prob. per l. 4. C.  
de usufr. l. 13. in pr. ff. de usufr. d. l. 1. in pr. & l. 5. §. 1. *usufr. quem cau.*

54. Quid autem si tantà paupertate prematur usufructua-  
rius, ut cavere nequeat, statuendum, & an nudæ promissioni jura-  
toriae relinquendus usufructuarius, an verò prorsus ab usufructu  
excludendus sit, quaeritur? De rigore juris verior est sententia eum  
excludi omnino ab usufructu, quamvis ex æquitate ad juratoriam  
cautionem eum admittendum purem, cum distinctione tamen an sit  
bonæ fidei, & homo frugi l. 6. si cui plus quam per L. Falcid. Omnium  
æquissima & usu recepta hæc circa quaestionem Cameræ Imperialis  
est sententia, quæ cõcedit in tali casu proprietario, ut rem vel præ-  
dium fructuarium ad se recipiat, & usufructus nomine, certam  
quotannis vel fructuum, vel pecuniæ quantitatem usufructuario  
præstet *Mynsing. contr. 6. obs. 48. Gail. 2. obs. 47. Dominus D. Bitseh. in d.  
Disp. th. 43. Colleg. Jurid. Argent. lib. 7. ff. iit. 9. n. 4.*

55. Sin cautio hæc non intervenerit, & usufructus nondum  
traditus sit, actio denegatur usufructuario, quâ petat usumfructum  
l. 13. in pr. ff. de usufr. si verò traditus sit, rem suam proprietarius vindic-  
dicare potest l. 7. ff. de usufr. quemad. cau. nec lucratur fructuarius  
fructus ante cautionem prælitam perceptos, nisi bonâ fide, sciente  
& patiente domino in possessionem prædii fructuarii venerit l.  
24. ubi Bartol. ff. de usufr. leg. Andr. Gail. lib. 2. præf. observ. c. 46. n. 6. &  
seq.

56. Ex his tamen, quæ de necessitate cautionis præstandæ præmissa sunt, malè quidam inferunt, eam esse de substantiâ usufructus: ei enim repugnat *l. 9. § 2. ff. usuf. quemad. cau.* & si effect de substantia usufructus, non remitteretur certis personis à legibus, ut patri in bonis adventitiis filii &c. Ad decidendam itaq; hæc quæstionem, notandum, omnem cautionis præstandæ necessitatè dependere ab arbitrio & voluntate proprietarii, quò exigente omnimodò est necessaria, non item eo remittente: *l. 13. pr. de usuf. l. 3. §. ult. usuf. quem. cau. l. 6. pr. ut in possess. legat.* Cùm in favorem proprietarii sit introducta, ut is securus de proprietate sua esse possit *d. l. 13. in pr. ff. h. r.* omnibus autem licet his, quæ pro se introducta sunt renuciare *l. penult. C. de pact.* Remitti tamè ista cautio nõ poterit testatore, quia hoc fieret in præjudicium hæredis: *l. 1. C. de usuf. l. 7. C. ut in possess. legat. l. 6. ff. ut in possess. legat.*

57. Hac tenus à quibus & quomodo constituitur usufructus consideratum: quia autem is per se subsistere non potest, sed subiectum aliquod requirit, cui inhæreat, cū sit jus in corpore *l. 2. ff. de usuf. materia habilis & idonea ipsi eligenda & constituenda est.*

58. Ubi pro regula tenendum cujuscunq; rei proprietas legari potest, eam etiam idoneum esse usufructus subiectum *arg. l. 68. in fin. ff. de usuf. Colleg. Jurid. Argent. lib. 7. ff. tit. 1. d. 19.*

59. Relinqui igitur poterit usufructus tam immobilium, quàm mobilium & moventium, eorum tamen tantum, quæ ipso usu non consumuntur, horum namq; quorum usus in abusu, consumptione & deminutione consistit, nec civili nec naturali ratione, proprius poterit esse usufructus *l. 3. §. 1. h. r. §. constituitur. 2. h. r. Instit.*

60. Excipitur præterea nuda proprietas, cujus usufructus nullus est vel relinqui potest, nisi in vita testatoris vel ante aditam, imò & post aditam hæreditatem (nam & tunc dies ejus cedit.) idem proprietari accesserit. *l. 72. ff. h. r.*

61. Nec utiliter relinquitur vel constituitur earum rerum usufructus, quæ nullam omninò adferunt utilitatem, nec unquã adferre possunt, cùm nulla sit servitus nisi quæ parata est commodi nostri causa *l. 15. ff. de servit.* Secus est, si hujusmodi rerum probabiliter aliqua speretur utilitas. Sic namq; infantis vel ægroti usufructus, legatum utile est, quia licet jam non sit, ita ut factum

*Quibus in rebus constituit usufructus: Membrum II.*

utendi fruendi sequatur, esse tamen potest, quando infans ætatem puerilem excefferit. l. 12. §. 3. l. 55. l. 68. pr. ff. h. t. Queritur hinc, an possit esse usufructus veterum numismatum, statuarum & imaginum? quod affirmatur per l. 28. l. 41. ff. h. t. potest enim esse aliqua harum rerum utilitas.

62. Prædiorum itidem constituitur usufructus, eorumque omnium tam rusticorum ut hortorum l. 24. pr. ff. quib. mod. usufr. amitt. quam urbanorum veluti ædium l. 3. §. 1. l. 7. §. 1. ff. h. t. §. 2. Instit. h. t. l. 12. quib. mod. usufr. amitt. Licet etiam prædia quædam talia sint, ut plus in ea impendamus, quàm de illis acquiramus, nihil tamen vetat, quò minus rectè eorum usufructus relinquatur l. 41. §. 1. ff. h. t. cum ipsum utentem, precium fructuum ex fundo collectorum, æstimare conveniat arg. l. 36. ff. de bon. lib. t.

63. Consistit præterea usufructus non tantum in fundo & ædibus, verum etiam in jumentis, servis cæterisque rebus, quæ ipso usu non consumuntur.

64. Et non solum in parte bonorum l. etiam partis ff. de usufr. l. 32. §. usufructum l. ul. ff. de usu. & usufr. leg. verum etiam omnium bonorum & totius substantiæ usufructus constitui potest. l. 29. l. 34. §. 2. de usufr. l. 1. C. de usufr. l. 3. ff. de usufr. ear. rer. Nov. 13. c. 3. ibique Cujac. Auth. Novissima C. de inoff. test. ibique Scharf. Gail. lib. 2. obs. 143. n. 3. Mynsing. cent. 5. obs. 37. & seq. & alij allegat. à Leopold. Hackelmann. in illustr. Jur. quest. Diss. 7. §. 4.

65. Sed utrum in omnium bonorum usufructu legato etiam futura contrineantur, controversum est propter l. 7. ff. de aur. & arg. leg? Hanc questionem distinctione decidendam puto, an nimirum testator simpliciter legaverit omnium bonorum usufructum, an verò dixerit, omnium meorum bonorum usufructum do lego: hoc posteriori casu & quando partic. demonstrativa meorum adjecta est, præsentia tantum bona intelliguntur, quæ testatoris, tempore conditi testamenti fuerunt. l. 7. ff. de aur. & arg. leg. l. 41. §. 2. de leg. 3. l. 5. §. ult. l. 6. 24. §. ult. de leg. 1. l. 85. de leg. 3. priori verò casu & quando partic. ita demonstrativa meorum omissa, tum respiciendum est ad tempus mortis testatoris, & hoc legato comprehenduntur omnia bona, tam præsentia quàm futura l. 1. §. 10. de tab. exhib. cum §. 1. Instit. de legat. ibi à defuncto relicta.

66. Relicto omnium bonorum usufructu, an ad aë alieni solven-



474.  
solvendum, quod testator contraxit, obligatus sit legatarius, con-  
trovertitur inter Dd. Affirmativa placet *Barr. in l. fin. n. 5. ff. de usu &*  
*usufr. leg. Angelo in S. 1. Instit. de usufr.* Negativa tamen mihi verior vi-  
detur ob orationem seq. Universa onera hæreditaria, sicut etiam  
præstatio legatorum hæredibus incumbunt *l. 1. C. si cert. per. l. fin. C.*  
*de hered. act. l. pact. C. de pact.* quia defuncti personam representant.  
Aqui Usufructuarius omnium bonorum quæ usufructuarius, non  
est hæres, sed tantum legatarius. Non ipse, sed hæres erunt ob-  
ligati ad defuncti æs alienum solvendum.

67. Quia tamen bona non intelliguntur, nisi deducto ære  
alieno *l. ult. ff. de usu & usufr. leg.* usufructuarius omnium bonorum,  
non quidem æs alienum defuncti solvere tenebitur, interim tamẽ  
sentiet minutionem sui usufructus, ob æris alieni detractionem à  
defuncti hærede factam. *l. ult. ff. de us. & usufr. leg. l. 69. ff. ad L. Falcid.*  
*l. ult. §. 4. C. de bon. quæ lib. Gail. lib. 2. obf. 149.*

68. Subjecto usufructus qualitercunque cognito, supra  
præmissi ordinis ratio postulat, ut, quæ nam fructuarii com-  
moda, quæ item onera sint exponamus.

69. Et quia, ut nomen ipsum definitioq; ostendit, usufruc-  
tus maximè ad hoc constituitur, ut usufructuarius non tantum u-  
tatur sed & re fructuariâ fruatur, lucrabitur fructus omnes, & o-  
mnia omninò emolumenta, quæ ex re usufructuaria percipiuntur,  
dummodo secundum conditionem rei percipiantur, hoc est boni  
viri arbitrata & officio boni patrisfamilias *l. 9. ff. de usufr.*

*Quæ sint cõ-  
moda, quæ i-  
tem onera  
usufructua-  
rii Membriũ  
III.*

70. Fructus autẽ quos percipit fructuarius, sunt vel natura-  
les, qui sine hominis facto ex ipso rei corpore naturâ producun-  
tur, ut scenum, pomum *l. 45. in fin. ff. de usur. & fruct. l. 62. versic. nam  
est ff. de R. V. vel industriales, qui industriam & factum hominis  
requirunt ut fruges, qui fructus etiam seminarii vocantur l. 9. S. se-  
minarii 5. ff. de usufr. d. l. 45. ff. de usur. vel deniq; sunt civiles, qui non  
ex ipso corpore nascuntur, sed ratione rei percipiuntur jure ali-  
quo, ut usuræ & pensiones, & c. d. l. si navis ff. de R. V. l. 34. ff. de usur. &  
fructib. *Wesembec. in comment. ad h. r. n. 16.* & consistunt, tam in rebus  
soli quàm mobilibus.*

71. Immobilium usu fructus constituitur vel in ædibus vel  
fundo *l. 7. §. 1. l. 9. in pr. ff. de usufr.* Ædium usufructu quocunq; modo  
constituto, quicunq; redditus est, ad usufructuarium pertinet, quæ  
que

que obventiones sunt ex areis, cæterisq; quæ ædium sunt imò & mitti eum in possessionem vicinarum ædium causa damni infecti placuit d. l. 7. §. 1. & 2. ff. h. t.

72. Nec tantum ipse uti frui poterit, verum etiam rem usufructuariam aliis locare, si modo locari solita sit, & honestè locari possit l. 12. §. 2. l. 13. §. ult. l. 15. §. 4. & 5. ff. h. t. idem dicendum si tæbernæ usufructus sit relictus.

73. Poterit præterea usufructuarius ædium prohibere dominum ne altius tollat ædes se invito l. 7. §. 1. ff. h. t. & l. 13. §. 7. t. cod. area itidem usufructu legato, usufructuarius quidem casam ibi ponere potest custodia causa earum rerum quæ in area sunt l. 73. ff. de usufr. adversus dominum verò ædificium in area ponentem, habet actionem ex testamento vel de dolo, interdictum item quod vi aut clam. l. 5. §. 6. 7. ff. quib. mod. usufr. amitt.

74. Etiam si autem, ut ex modo dictis apparet, jus fructuarii plenissimè sit interpretandum, ei tamen in quibusdam derogatur, dum non potest servitutem prædio acquirere l. 15. §. fin. ff. de usufr. & l. 2. §. 2. ff. si servit vindic. vel imponere, aut debitam amittere d. l. 15. §. fin. l. 13. §. fructuarius ff. h. t.

75. De hoc dubitatur, utrum proprietatis dominus servitutem prædio fructuario imponere possit, quæ deterior fiat fructuarii cõditio? N. per l. 15. §. ult. & l. seq. ff. de usufr. Bocer. alleg. Disp. de servit. person. §. 41.

76. In eo itidem est restrictum jus usufructuarii, quod specie sive formæ rei fructuariæ mutare nequeat, licet melior eus faciat conditionem. l. 7. §. ult. in f. l. 8. l. 13. §. 7. ff. h. t. l. 18. §. 2. ff. de damn. infect.

77. Si usufructus fundi sit constitutus, omnia percipit fructuarius emolumenta, quæcûq; vel ex ipso fundo vel occasione ejus percipi possunt: unde si in fundo apes sint, harum usufructus ad ipsum spectat, quin & lapidicinis, si quæ vel ante constitutum usum fructum exiterunt, vel postea demum inventæ fuerunt, uti poterit l. 9. §. 1. 2. & 3. ff. h. t. venas item metallorum inquirere, non tantum quas instituit proprietarius, sed & novas metalli foedinas instituere, & si plus forte redditus ex his speretur, quàm ex vineis arbutis olivetis, forsitan & hæc de jure ipsi permittitur l. 13. §. 5. ff. h. t.

78. Fructus tamen ex fundo fructuario natos non aliter lucratur, quam si ipse eos perceperit, quod fieri intelligitur, quando à solo

à solo sunt separati, nam si maturis fructibus, nondum tamen perceptis decedat, eos ad hæredem non transmittit *S. 36. Inst. de R. D.* quia non domini & soli sed servitutis jure ex cõcessione & volutate Domini fructus lucratur. Hâc autem solâ servitutum jura nõ constituuntur, sed factõ utentis, & domini patientis *l. 3. de usuf.* Cùm igitur ad constituendum usum fructu nõuda voluntas domini non sufficiat, nisi usufructuarius naturaliter utatur, & possessione fructuũ apprehendat *arg. l. non statim s. ff. de pecul. consequens est, cum qui ante perceptionem jus nullum fructuum habet, ad hæredem nihil transmittere posse l. 36. §. 1. ad L. Aquil. vid. ulter. Wesenbec. in comment. ar. ad §. 36. Inst. de R. D. & A. E. D.*

79. Ea etiam quæ alluvione accreverunt fundo usufructuario, ad usufructuarium pertinere certũ est. *l. 9. §. 4. h. t.* Secus est in insula juxta fundum nata, quæ usufructuario non acquiritur. *d. l. 9. §. 4.*

80. De redditu & commodis ex piscatione fortè, aucupio & venatione susceptis, cui acquirantur quæritur? Resp. fructuarium hæc lucrari quando fundi fructus ex venatione constat. *l. 26. ff. de usur. l. 22. ff. de usufruct. vel instrum. leg.*

81. De thesauro item in fundo fructuario invento dubitatur ad quem pertineat, ad fructuariũ an verò proprietarium? Hanc controversiam decidendam puto ex *l. 63. in pr. de acquir. rer. dom. & s. thesauros 39. Inst. eod.* Ex his enim locis colligere licet hanc sententiã: Inventor thesauri totũ sibi acquirit in suo, in alieno autem solo inventũ pro parte dimidia jam subsumitur: Atqui usufructuarius thesaurum inveniens in fundo fructuario, invenit in alieno *l. 43. §. ult. ff. de furt. E. acquirit sibi pro parte dimidia. l. 7. §. 12. ff. solut. matrim.*

82. In eo quoq; commoda usufructuarii cernũtur, quod omnibus reifructuariæ partibus utatur & fruatur *l. 7. §. 1. l. 9. pr. §. 2. 3. de usuf.* quod non accipiendũ de iis tantũ partibus quæ naturã partes sunt, sed & quæ voluntate hominum eò destinatæ, ut reifructuariæ inserviant, in fundi itaq; usufructu legato, instrumentorũ quoq; usufructus continebitur *l. 9. §. 6. vers. instrum. l. 15. §. 6. inf. ff. de usuf.*

83. Sũt præterea ipsi usufructuario cõcessa omnia adminicula, sine quib. cõmodè uti frui nõ potest, *arg. l. 2. ff. de Jurisd.* qualia sunt aditus ad rem fructuariam *l. 1. §. 1. ff. si usuf. per. & cætera servitutes necessarix d. l. 1. l. 30. ff. de usuf. l. 3. ff. de S. P. R. l. 44. §. ult. ff. de legat. 1. ut & servi usufructu legato modica servi castigatio *l. 23. §. 1. ff. h. t.**

q

8



84. Unde sequitur, si aliter fundi fructibus uti frui nequeat, quod ædificium fructibus reponendis necessariū, non tantum consummare, sed & novū extruere possit. l. 13. §. 6. l. 73. h. r. Arius Pinell. ad l. 2. C. de bon. matern. part. 2. n. 52.

85. Similiter pecudū usufructu constituto, omnia percipiuntur, quæcunq; sunt in fructu, lac pilus & lana; itaq; agni hœdi & vituli, equuli & fuculi, statim naturali jure in dominio fructuarii sunt. §. 37. Instit. de R. D. & A. E. D.

86. Mancipiorum autem usufructu relicto, quicquid vel ex operis suis vel ex re fructuarii acquirunt, usufructuarius percipiet; & si possessio ipsis fuerit tradita vel si quid stipulati fuerint, pertinebit ad fructuariū: sine verò ipsis quid legatū aut donatū, vel ipsi hæredes instituti fuerint, considerandū cujus respectu id factū, proprietario an usufructuarii, ita ut juxta hanc distinctionem acquirant vel usufructuario vel proprietario l. 21. & 22. ff. h. r.

87. Partus tamen ancillæ in fructu non est l. 28. §. 1. ff. de usur. l. 68. ff. de usufr.

88. Deniq; inter commoda usufructuarii hoc quoq; refero, quod re fructuariā ipse præcisè uti frui non cogatur, sed & aliis eam utendam fruendam concedere, locare, donare, vendere, in dotem dare l. 7. & seq. h. r. l. 12. §. 2. l. 13. §. ult. l. 38. & duabus seqq. h. r. l. 8. §. ult. ff. de peric. & commod. rei vendit. §. 1. Instit. de usu & habit. l. 57. solut. matrim. l. 78. de jur. dot. & oppignerare possit. l. 72. ff. de R. I. l. ult. ff. de usur. 11. §. 2. ff. de pign.

89. Quia autē juri naturali, nihil tam conveniens, quā ut incommoda cujusq; rei sequantur eū, penes quem sunt commoda l. 10. ff. de R. I. l. ult. C. de furt. veniūt nunc paucis exponenda incommoda & onera, quæ incumbunt usufructuario, respectu rei fructuariæ.

90. Primum onus est, quod sit obligatus & adstrictus ad faciendam quæ ad conservationem & custodiam rei pertinent, ubi eam adhibere debet diligentiam, quam diligens paterfamilias in rebus suis custodiendis adhibere solet l. 1. in f. l. 2. & 65. ff. h. r. Qua propter si ædiū usufructū habeat, ipsi incumbit modica earū refectio, ita, ut eas sartas tectas habeat l. 7. §. 2. nisi relinquere usufructū paratus sit l. 64. (dummodo nō suā aut suorum culpā res deterior facta l. 65. ff. de usufr.) vel testator jusserit ut hæres reficiat l. 46. §. 2. ff. h. r. aut ædes vitio suo & vetustate collapsæ sint d. l. 7. §. 2. ff. h. r.

Sin

91. Sin verò magnas fecerit impensas, repetere eas poterit à domino proprietatis l.7. C. h. t. quæ autem magnæ sint impensæ, cùm in jure non reperiat decifum, arbitrio judicis committendum videtur.

92. Rei usufructuariæ custodia ita ulterius est extendenda, ut etiam amillarum prædii servitutù nomine conveniri possit l. 15. in fin. ff. h. t. item ob usucapionē nō interpellatâ. l. 1. in fin. ff. usufr. quem. cau.

93. Animalium usufructu constituto, perpendendū, an constitutus sit in singula capita, an verò universitatis, gregis, armeti, equitii sit relictus: Priori modo usufructu constituto, in decedenti locū nihil substituet fructuarius l. 70. s. 3. posteriori autem modo relicto, debet ex agnatis seu sætu gregem supplere, in locum demortuorū l. 68. s. 2. quo casu submissa statim acquiruntur proprietario l. 69. & 70. s. 1. ff. h. t. Idem diceadum de fundi usufructuario, qui in locū demortuarum arborum alias substituere tenetur, nisi præter culpam suam vi tempestatis everfæ fuerint. l. 59. ff. h. t.

94. Nec tantum incumbunt usufructuario onera, quæ ad rei conservationem necessaria sunt, sed & quæ extrinsecam aliquam causam concernunt, & occasione rei præstantur, ut sunt vectigalia, collectæ, tributa l. 7. s. 2. de usufr. l. 28. de us. & usufr. leg. non tantum ordinaria l. 27. s. 3. l. 52. h. t. sed etiam extraordinaria d. l. 27. s. 3. h. t. Bart. in l. 28. de usufr. leg. & l. hæcenus h. t. Arius Pinell. in l. 1. part. 2. n. 27. C. de bon. matern. Hartmann Piff. lib. 1. quest. jur. q. 46. n. 33. alimenta item ex re fructuaria relicta, nisi tanta sint, ut usumfructū omninò excedant & absorbeant d. l. 7. s. 2. h. t. Gothofr. in not. ubi hanc except. notat ex Bart. & gloss. sub. lit. q. ad h. l. 7. s. 2. h. t.

Que actiones competant usufructus nomine, tam usufructuario, quam proprietario Membria IV.

95. Post exposita commoda & onera ususfructus, restat paucis exponendū, quibus remediis jure proditis defendi ususfructus & peti possit, quæ item actiones domino proprietatis competant adversus fructuarium.

96. Actiones quæ usufructuario competunt, prout ususfructus dupl. consideratur, duplices quoq; sunt: consideratur autem dupl. vel ut constituendus, vel ut constitutus; priori modo usufructu considerato, competit usufructuario actio in personā.

97. Si enim proprietatis dominus conventionē inter vivos ususfructū promissum aut aliā in obligationē deductū prestare ter giversetur, adversus ipsum datur actio vel ex stipularu, vel aliis cau-

8



his, quibus usufructus deberetur, ad id, ut constituatur *arg. l. 3. pr. l. 27. ff. de V. O. & A. S. 1. pr. instit. de action. & tradatur per inductionem in fundū fructuariū vel per patientiam l. 3. ff. de usufr. l. ult. ff. de servit. l. 1. §. fin. ff. de S. P. R.*

98. Usufructu in ultimā voluntate relicto, competit usufructuario quoq; actio personalis, ad constituendū usumfructum, quæ etiam cæteris legatariis datur adversus hæredem, ipsi quasi ex contractu obligatum §. 1. *Instit. de Legat. & S. ult. Instit. de oblig. que qua q. ex contr. act.* Tmō si proprietarius fecerit, quò minùs constitui possit usufructus, aut ut deterior vel tardius præstetur, ratione ejus quod interest fructuarij *l. 36. §. fin. l. 37. 60. ff. de usufr. l. 2. in fin. Si usufr. pet. ut & nomine fructuum conveniri poterit. l. 5. §. 3. & §. 7. si usufr. pet.*

99. Considerato usufructu prout est constitutus & traditus, ad ejus vindicationem introducta est actio confessoria, quemadmodum & pro cæteris servitutibus §. *equè Instit. de act. quæ datur usufructuario ad hoc ut petat usumfructum tanquam suū : & agat non tantum adversus dominū, qui servitutē debet, sed omnes omnino qui impediunt usumfructum, quocunq; tandem modo id fiat l. 10. §. agi ff. si servit. vindic. & ut Judex declaret sibi usumfructū cōperere, dānetq; adversarium, ut frui patiatur usufructuariū, fructus simul restituendo perceptos, & omne quod interest usufructuarii, se in utendō fruendo non impeditum fuisse l. 5. §. 3. & ult. ff. si usufr. pet. & quia directa servitutum, prædio fructuario debitarum, vindicatio ipsi non datur, hâc quoq; usufructus vindicatione petet servitutes, sine quibus uti frui non poterit *l. 1. §. 4. & pr. l. 5. §. 1. ff. si usufr. pet. Colleg. Jurid. Argent. lib. 7. ff. 111. 6.**

100. Præterea usufructuario, si vel vi dejiciatur à quasi possessione usufructus, vel in ea turbetur, dantur quoq; remedia, quæ jure prædita sunt ad hoc, ut unicuiq; salva sit sua possessio, qualia sunt utile interdictū uti possidetis *l. 4. uti possidetis & l. ult. ff. eod.* non autem directum, quod tantum datur ei, qui verè possidet *l. 9. ff. de R. V. fructuarii autem non verè & propriè sed impropriè possidet l. 6. §. 2. ff. de precar. l. 10 §. fin. de A. R. D. l. 3. §. 17. de vi & vi armat. Interdictū item unde vi *l. 3. §. 13 & 14. de vi & vi armat. l. 9. §. 1. & l. 10. eod. l. 60. ff. de usufr. non utile sed directum, quod nominatim & specialiter ipsi datum d. l. 3. §. 13. & 14. l. 9. ff. de vi & vi armat.**

101. Similiter aliis ex causis aliæ ipsi comperūt actiones, vel  
uri

uti utilis L. A quiliæ actio l. ii. s. ult. ff. ad L. Aquil. l. 17. s. ff. de usufr. turri  
l. 2. s. ult. de usufr. & plures alie.

102. Quemadmodum autem usufructuarius ad conservandū  
& tuendum suum usumfructum, varia habet juris remedia, ira & do-  
mino proprietatis competit actio, à principali & primariâ suâ inten-  
tione negatoria dicta, adversus jus utendi fruendi indebitè usurpan-  
tem, ad hoc, ut Judex, coram quo hæc actio, disceptatur, prædium  
liberum esse ab omni servitute declaret, condemnétq; adversarium  
ad præstandam cautionem, ne in posterum ullum jus servitutis usur-  
pet, & rependat quanti interfuit præterito tempore jus nullum ser-  
vitutis usurpatum esse l. 5. ff. de usufr. si usufr. pet. l. 12. ff. si serv. vind. We-  
senbec. in comment.

103. Usumfructu legitimis modis constitutū, certis ex causis fini-  
ri & extingui, ratio suadere videtur, ne si à proprietate semel sepa-  
ratus, ad eandem nunquam reverteretur, in perpetuum inutilis esset  
proprietas, semper abscedente usufructu §. 1. Instit. de usufr. Quibus i-  
gitor modis usufr. finiat, ostendendum.

104. Modi isti dependent & proficiuntur, aut ex resolutio jure  
dantis & usumfructum constituentis, aut lege & pacto, sub quo pri-  
mū fuit constitutus aut deniq; ex ipsa usufructus natura, quod fit du-  
pliciter, vel ex persona usufructuarii, vel ex re, cui inhæret usufruct.

105. Ex resolutio jure dantis solvitur, quando hæres fundi, à de-  
functo cui successit, sub conditione legati, pendente conditione al-  
teri usumfructum legat: tunc enim, quia tantum temporale dominiū  
constituens habuit, necesse est existente conditione, resolvi jus con-  
stituentis, resolutio autem jure dantis necessariorum quoq; est solvi  
jus accipiētis omnis namq; alienatio, cum sua causa fieri intelligitur,  
quia nemo plus juris in alium tran, ferre potest, quam ipse habet l. 67.  
ff. de contrah. empr. l. 20. ff. de ARD. l. nemo plus ff. de RI. l. 16. ff. quib. mod.  
usufr. arg. l. 31. ff. de pign. l. 69. §. prædium i. ff. de legat. 2. 48. ff. de jur. fise.  
arg. l. 12. §. 2. ff. famil. ercisc. Don. 10. comment 16. pr. pr. Hedemann. Disp.  
pand. 18. 1b. 43.

106. Amittitur 2. usufructus ex lege & pacto ejus constitutioni  
primū adjecto, quando expresse conventū fuit inter partes consti-  
tuentes, ut ad certum tantum tempus vel ad conditionis alicujus ex-  
istentiam usq; duret tempore enim finito & conditione sub qua idē  
ademptus, existente, idem dissolvitur & interit l. 5. & 12. C. de usufr. l.  
56. pr. ff. rit. eod. l. 3. ff. quib. mod. usufr. amitt.

C 3

477.  
Quibus mo-  
dis usufru-  
ctus amita-  
tur. Mem-  
brum V.

107. Ex ipsa usufructus natura & specialiter persona usufructuarii usufructus, dissolvitur: Morte ejus naturali §. 3. *Instit. de usufr. l. 3. §. fin. quib. mod. usufr. l. 57. §. 1. ff. de usufr. l. 8. ff. de ann. legat. l. 20. l. 22. ff. de usufr. leg. l. 3. l. 10. l. 12. pr. l. 16. C. de usufr. nec hic succedit hæres, etiã si sit successor in universum jus, quod habuit defunctus l. 62. ff. de R. I. hæc namq; successio accipienda est & interpretanda, de juribus realibus, non personalibus, quæ personam defuncti, cui adhæserunt comitantur, cum ea extinguuntur, non ad hæreses transmittuntur l. 196. ff. de R. I. usumfructum autem hujusmodi jus personale esse, satis patet ex l. 1. ff. de servit.*

108. Non ite finitur morte proprietarii, quia non sic adheret personæ proprietarii, ut usufructuarii, sed tantum ejus rei tanquam servienti personæ verò fructuarii tanquam dominati: Imò in omnibus servitutibus personalibus, nõ mors proprietarii sed ejus cui debetur servitus, est inspicienda l. 3. §. 1. C. de usufr. l. 8. §. ult. de peric. & comod.

109. Dantur tamen casus excepti, ubi non statim morte usufructuarii usufructus finitur, ubi sc. conventum fuit inter dominum proprietatis & usufructuarium, ut usufructus morte ejus nõ extinguatur, sed ad hæreses trãseat l. 5. in pr. ff. quib. mod. l. 14. C. de usufr. De quo pacto licet quidã dubitent, an adjici possit usufructui, cum videatur contrarium ipsius naturæ. attamen affirmare non vereor hoc pactum sustinendum esse propter duplicem rationem. primò, quia aliàs pacta solent dare formam & legem contractui l. 7. §. 5. ff. de pact. negotiique naturam mutare & reformare l. 14. ff. de positi. tum, quòd quilibet favori pro se introducto renunciare possit l. penult. C. de pact. in favore autem proprietarii introductum, morte usufructuarii usumfructum finiri, ne proprietas semper abscedente usufructu inutilis sit. *Helsfric. Ultric. Hunn. in tract. de usufr. part. 1. c. penult. sect. 1. q. 1.*

110. Effectus hujus pacti hic est, ut etiam si aliàs, vocabulo hæredis, etiam hæres hæredis usq; in infinitum veniat l. 65. l. 70. l. 194. de V. S. tamen hoc in loco ultra primum hæredem non extendatur vel transmittatur usufructus. l. 14. C. de usufr. *Colleg. Jurid. Argër. lib. 7. tit. quib. mod. usufr.*

111. Præterea est exceptus casus in usufructu quæ pater per filium acquisivit, ibi enim præmoriens filio pater retinet usumfructum & contra l. ult. C. de usufr. idem etiam obtinet, quando pater aut filius capite deminuti fuerint d. l. ult.

De



478.  
112. De usufructu, municipio, collegio, Ecclesiæ Reipubl. & aliis  
universitatibus relicto, dubitatur quando finiatur, & ane semper  
inutilis esse debeat proprietas, universitatibus nunquam morte ex-  
tinguitis? Respond. talem usumfructum extinguere universitatibus quasi  
morte dissolutis l. 21 ff. quib. mod. ususfr. aut. usus. si evertantur vel ara-  
trum pariantur: & quia id rarius contingit, placuit eum amitti lapsu  
100. annorum tanquam longissimi vitæ humanæ termini l. ult. C. de  
S. S. Eccles. l. 56. ff. de usufr.

113. IV. Amittitur usufructus, non tantum morte naturali, sed &  
civili, capitis sc. diminutione l. 1. ff. quib. mod. ususfr. & olim quidem  
qualibet Paul. lib. 3. sentent. tit. 6. §. capitis Wesenbec. in comment. ad h. t. n.  
2. & 3. quod hodie ita correctum, ut tantum maximam & mediam finiatur  
l. 16. C. de usufr. notandum tamen capitis diminutione finiri tantum  
usumfructum jam constitutum l. 1. §. 1. ff. quib. mod. ususfr. amitt.

114. Modis usumfructum dissolvendi annumeratur, si usufructua-  
rius patiatur juri suo præscribi non utendo per modum, & tanti tem-  
poris spatium, quo dominus dominium rei suæ amitteret h. e. decen-  
nio inter præsentis & vicennio inter absentes l. fin. C. de servit. l. 16. C.  
de usufructu. Non uti autem videtur, si nec per se utatur nec per alium l.  
38. ff. de usufr.

115. V. Oritur hic quæstio, quomodo illud sit accipiendum & inter-  
pretandum, non utendo per modum amitti usumfructum? Quidam ita  
ta explicant, ut perinde sit ac si dicatur, malè utendo usumfructum  
permissi, quod tamen admitti nequit, cum usufructuarius re abutens,  
obligetur domino proprietatis ex cautione præstita, ad id quod ejus  
interest l. 1. & r. t. usufr. quem. casu. commodior longè explicatio est, ut  
cum Colleg. Jurid. Argent. lib. 7. ff. tit. 4. accipiamus hanc particulam *nō  
utendo per modum*, non de modo, quo usufructuarius uti debet boni  
viri arbitrato, sed de modo qui dependet ex natura ipsius usufructus,  
& dicamus v. g. tum non utendo per modum amitti usumfructum,  
quando is, qui se usum solum habere putat, cum tamē habeat  
usumfructum, tantum utitur nō fruatur l. 20. ff. quib. mod. ususfr. amitt.  
vid. Dn. D. Bitsch in alleg. Disp. 8. 39.

116. VI. Tollitur usufructus cessione facta tam domino proprietatis quam extra-  
neo, si se, eam mentem cedat ut totum jus sibi debitum a se velit abdicare, & nihil penitus  
in sua persona retinere: de cessione domino proprietatis facta est text. in §. fin. in fin.  
de usufr. De extraneo autem. in l. 66. ff. de jur. dot.

117. Cognitis modis, quibus usufructus ex persona usufructuarii finitur, proxi-  
mum est ut quib. modis, ex natura & conditione rei usufructuaria finiatur ostendatur.

118. VII. Amittitur igitur usufructus in tercio arg. l. 2. ff. de usufr. & mutatione rei totali, nō particulari, totus, n. usufr. est in tota re & qualibet ejus parte l. 8. ff. quib. mod. usufr. l. 53. ff. de usufr. l. 5. §. ult. usq. ad l. 13. ff. quib. mod. usufr. l. 23. et 26. ff. eod. tit.

119. Unde ædium usufructus legato, quæ postmodum combuitæ sunt, quaritur ane etiam adhuc aræ usufructus debeatur & peti possit: Hujus quæstionis decisio ex l. 34. §. 2. ff. quib. mod. usufr. dependet, ut nimirum consideretur, an singularium rerū an verò universitatis & totius substantiæ usufructus legatur, in priori namq. legato, ædibus consumptis nihil omnino reliquum erit l. 5. §. 2. ff. quib. mod. usufr. in posteriori autem adhuc usufructus aræ continebitur l. 34. §. 2. ff. de usufr.

120. VIII. Et ultimo usufructus amittitur, consolidatione & confusione usufr. cūm proprietate, quemadmodum enim in servitutibus prædiorum, quando idem utentiq. prædii tam dominantis quam servientis dominus esse incipit, statim interit servitus l. 1. ff. quemad. servit. amitt. Wesenbec. in comen. ad b. r. ita & in usufructu, si usufructuarius proprietate prædii acquisierit servitus personalis statim extinguitur l. 2. usufr. quem. cau. l. 27. quib. mod. usufr. amitt. l. 3. de usufr. adverb. §. 3. Inst. de usufr.

De quasi usufructu  
Membr. VI.

121. Restat deniq. ut superioris dicitur 24. memor, aliquid de quasi usufructu subjiciam, qui supra definitus fuit, quod sit jus ex scto, in productum utendi fruendi rebus ipso usu consumptibilibus, harum enim necesse vili nec naturali ratione verus usufructus constitui potest §. constituitur. Inst. de usufr.

122. Subjectum ejus sunt res fungibiles, ut vinum, oleum, frumentum §. 2. Inst. de usufr. l. 7. ff. de usufr. ear. rer. lana odores aromata l. 11. ff. h. r. nomina tit. l. 3. tit. e. d.

123. His proxima est pecunia numerata d. §. 2. l. b. r. l. 2. pr. §. 1. C. l. 10. pr. C. l. 1. tit. ff. de usufr. ear. rer. quæ & ipso usu assiduâ permutatione quodammodo extinguuntur, verè enim ipso usu non consumitur, quia duratæ ejus substantia in permutationibus & omnibus contractibus, respectu tamen expendentis, consumitur & quasi extinguitur ejus dominium, & amittitur haud secus ac si in rerum natura esse desinisset l. 7. §. ff. de solut. Wesenbec. in comment. ad Inst. lib. 2. tit. de usufr. §. 2.

124. Subjectum quasi usufructus vestimenta quoq. statuerè haud vereor, motus textu claris, qui continetur in d. §. 1. tit. Inst. de usufr. diversus tamen est à pecunia aliarumq. rerum consumptibilium quasi usufructu l. 15. §. 4. C. seq. ff. de usufr. l. 9. §. 3. usufr. quem. cau.

125. Hic quasi usufructus constituitur non tantum in ultima voluntate, verum etiam inter vivos arg. §. 4. Inst. de legat. junct. l. 30. §. ult. de legat. 1. §. id. colleg. Jurid. Arg. in tit. 5. lib. 7. d. 2.

126. Ut autem tali modo constitutum usufructu consequatur usufructuarius, cautionem ex ipso scto introductam præstare tenetur, & utiliter cavere §. 2. Inst. de usufr. maxime fidejussoribus l. 3. §. 2. usufr. quem. cau. in pecunia quidem usufr. legato, tantam pecuniæ summam, post mortem vel capitis deminutione restitutum iri §. 2. Inst. de usufr. l. 2. pr. l. 6. pr. l. 10. ff. de usufr. ear. rer. In vestimentorum autem, se boni viri arbitrato usurum, & restitutum, vel vestimenta licet attrita: l. 9. §. 3. ff. usufr. quem. cau. vel æstimatione d. §. 2. Inst. h. r. In cæterarum deniq. rerū fungibilium usufructu, se res vel in eodè genere fungibiles, vel earū æstimatione, (quæ facièda est tempore traditionis, nō a. ad tempus restitutionis referèda vid. Colleg. Jurid. Arg. lib. 7. ff. tit. 5. d. 6. C. quos ibi allegat) restitutum d. §. 2. C. l. 7. ff. de usufr. ear. rer.

127. Hanc tamè cautionem de substantia quasi usu fructus esse nego per l. 10. §. 1. C. l. 5. §. 1. ff. de usufr. ear. rer. qua ipso usu consum.


128. Finitur tatum duob. modis, morte sc. vel capitis deminutione l. 6. l. 9. C. seq. ff. de usufr. ear. rer. §. id. Wesenbec. in comen. ad b. r. n. 4. Et tantum de præsentia materia proponere disputationis loco placuit. F I N I S.

Strassberg, Diss., 1623-26

X2617020

WMA





DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
VSVFRV-  
CTV  
QUAM  
CONSCRIPSIT  
ET  
D. O. M. C. A. O.


SUB PRÆSIDIO  
CLARISSIMI ET CONSULTIS-  
SIMI VIRI DN. GEORGII DAVIDIS LO-  
CAMERI, U. J. D. ET P. P. IN ALMA ARGENTINEN-  
sium Univerſitate, Præceptoris & fautoris ſui ſum-  
mo ſemper honoris cultu pro-  
ſequendi:

*Ad diem April.*

In auditorio majori

*Publici exercitij gratia, pro ingenii viribus  
defendere conabitur*

M. JOSIAS RIHELIIUS ARGENTINENSIS.



ARGENTORATI,

Typis RIHELIIANIS.

Anno M<sup>o</sup> DC. XXIV.

36  
407

13

1624/8

B.I.G.

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

Farbkarte #13

Inches  
Centimetres  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20